



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

105 Confraternitates, quas indulgentias inconsulto Episcopo publicare non
poßint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

fin. de refit spoliat. & Rom. conf. 236 n. 3.
 105 *Quibus indulgentijs, & privilegijs, &*
indultis confraternitates, & congrega-
tiones, tam hactenus aggregatae, quam
in posterum aggregandas ejusdem dunta-
xationis, nominis, Ordinis, religio-
nis, & Instituti Archiconfraternitatis,
& congregationis, cui aggregatur, tni,
potiri, & gaudere possunt. Ita ut dicta-
rum confraternitatum, & congregatio-
nium, ecclesiarum, institutarum, & aggre-
gatarum a quibus suis communicationes
factae sint, ministri, officiales, & alij su-
per prescripti privilegia, indulgentias, facul-
tates, aliasque spirituales gratias, &
indulta hujusmodi, prævia tamen recogni-
tione Ordinarij loci (qui adhibet duobus
de ejusdem ecclesiæ capitulo, illa jux-
ta sacri conc. Trid. decretum promul-
ganda decernant) debitissimis temporibus pro-
mulgare valent, ut in eadem constit. §. in-
super ver. quibus confraternitates, & conc.
Trid. in cap. fin. §. indulgentias vero, de re-
form. sess. 21.

106 *Est tamen advertendum, t quod con-*
fraternitates sanctissimi Corporis Christi,
ubique terrarum Apostolica, vel Ordinarij
auctoritate erexit, vel erigendæ,
absque nova aut peculiari alia concessio-
ne, communicatione, vel aggregatione
novissimæ de ordine summi Pontificis per
sacra in congregationem indulgentiarum
declaratas fuerunt, fore, & esse participes
quorumunque privilegiorum, concessionum,
indulgentiarum, facultatum,
gratiarum, & indultorum a Sanctitate D.
N. Pauli Papæ Quinti Archiconfraterni-
tati sanctissimi. Sacramenti de Minerva
in Vrbo concessorum, & ejusdem sacer-
congregationis decreto declaratum fuit,

cujus tenoris hic ad lectoris commodum
adscribendum duxi, & est talis.

Decretum sacræ Congregationis in-
dulgentiarum, quo declaratur Sanctissimi
Sacramenti co-fraternitates, omnes
canonicè ubique eretas, vel erigendas,
posse juxta fel. recor. Pauli III. constitu-
tiones frui indulgentijs, privilegijs, &
gratijs spiritualibus Archiconfraternitati
S. Mariæ super Minervam, à sanctissimo
D. N. Paulo V. nuper concessis, ac in
posterum concedendis.

Licet fel. & rec. Paulus Papa III. per
binas suas constitutiones concesserit, ut
sanctissimi Corporis Christi confrater-
nitates omnes, & singulæ ubi vis loco-
rum tunc institutæ, ac instituenda, ejus-
dem privilegijs, concessionibus, indul-
gentijs, gratijs, & indultis, quæ confrater-
nitatæ ipsius sanctissimi Sacramenti in
ecclesia S. Mariæ super Minervam de
Vrbo erectæ à se largitæ fuerant, ac in
posterum largirentur, uti, potiri, &
gaudere possent, ac deberent: quia tamen
per Apostolicas Constitutiones, & ordi-
nations, quæ deinceps emanarunt, præ-
sertim vero per recolendæ mem. Clem.
VIII. Constit. de aggregationibus editam
facultates, & indulgentiaz, tam supradic-
tae S. Mariæ de Minerva, quam ceteris
omnibus confraternitatibus antea con-
cessæ, aut abrogatae, aut saltu moderatae
comperiuntur, aliaque de hoc genere
decreta sunt, ex quibus in dubium revo-
cari posse videtur, an hujusmodi Pauli III.
concessiones pristinum suum robur adhuc
retineant.

Congregatio Illustriss. & Reverendiss.
S. R. E. Card. à Sanctiss. D. N. P. ulo di-
vinaprovidentia Papa V. Indulgentiarum
106